

Ann. V.

Num. XVII.

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

BIS IN MENSE PRODIT

Pretium annuae subnotationis, *ante solvendum*, est: in Italia Libellarum 10;
ubique extra Italianam Lib. 15; M. 12; Sch. 12; Doll. 3; Rubl. 6; Flor. 7½.

Inscriptiones et omne genus indicationes pretio aequissimo referuntur, quod est in extremis commentarii paginis
Lib. 0.50 pro unoquoque centimetro quadrato

Cuncta mittantur ad ARISTIDEM LEONORI equitem, commentarii VOX URBIS possessorem et administratorem
ROMA — Via Alessandrina, 87 — ROMA

Subnotatio fieri potest:

IN RUSSIA

Apud GEBETHNER ET WOLF

IN ANGLIA

Apud BURNS AND OATES

IN CIVITATIBUS FOEDERATIS AMERICAE SEPTENTR.

Apud FRIDERICUM PUSTET

S. Sedis, Apost et S. Rituum Congr. Typogr.

NEW YORK 52, Barclay Street.

CINCINNATI 436, Main Street.

IN GERMANIA

Apud FRIDERICUM PUSTET

S. Sedis Apost et S. Rituum Congr.

Typogr.

RATISBONAE in BAVARIA

IN CANADA

Apud LIBRAIRIE GRANGER FRÈRES

MONTREAL

1699, Rue Notre-Dame.

VARSIAVIAE POLONORUM
Rakowskie Przedmiescie, 15

LONDON W.
28, Orchard Street.

RERUM INDEX

- | | |
|---|-----------------|
| DE SINARUM REBUS | P. Rossani. |
| LATIAE MUSAE IN SAECULARIBUS VICTORIS HUGO | P. Angelini. |
| IN SANCTUM MARIAE NOMEN | I. Battanius. |
| VETERIS MONUMENTA ROMAE. De Thermis Diocletianaeis | G. P. |
| FRIDERICUS COGNOMINE MAGNUS CUM NAPOLEONE COMPARATUS | A. Costaggini. |
| DE « SYMBOLISMO » | Senior. |
| FABULAE SELECTAE FONTANII A IOANNE BAPT. GIRAUD LATINE REDDITAE . | Fr. Xav. Reuss. |
| DE GERMINANTIBUS ET FLORIBUS ANIMADVERSIONES NOVAE | M. Lani. |
| ANNALES | Propoplicola. |
| AENIGMATA | Fr. Littner. |

In secunda operculi pagina:

PROSPECTUS NOVAE SUBNOTATIONIS COMM. VOX URBIS A KAL. IULII
AD EXPLETUM ANNUM MCMII.

In tertia operculi pagina:

PER ORBEM Forfex.
EPISTOLARUM COMMERCIO A secretis.

ROMAE

EX OFFICINA PACIS, PH. CUGLIANI

35, Via della Pace

M CMII

AD MAGIS MAGISQUE

“VOX URBIS,, COMMENTARII PROPAGATIONEM AUGENDAM

NOVA INDICTA EST SUBNOTATIO

A KALENDIS IULII USQUE AD EXPLETUM ANNUM MCMII

(NUM. XIII-XXIV).

UT ACCEDERE OMNES POSSINT

SUBNOTATIONIS PRETUM CONSTITUTUM EST:

Libel. **2,50**; Mar. **2**; Sēh. **2**; Rubl. **1**; Cor. **2 $\frac{1}{2}$** .

Qui insolita, gratuita paene, huius consociationis ratione frui volunt, nulla interposita mora, *nomen suum cum pretio recto tramite mittant ad*

ARISTIDEM LEONORI EQUITEM

COMMENTARII “VOX URBIS,, POSSESSOREM ET ADMINISTRATOREM,

ROMAM, via Alessandrina 87.

In
Lib.

DE

R_{ERUM}
gentib
rant, dum
iter non ta
gente lege
Silent quid
tur eventus
que causas
armis et v
non possun
pulo vectig
pacis nostri
nes advena
inflaverunt.

Sed ut re
legatur, pau

Constat
cia potirent
MDCCCXC
thur in Flav
Siberianus
plerumque i
habebatur,
dies utilis l
nensium an
terra mariqu

Peropport
vissima Sin
pias in fin
autem videb
citam Russ
quod clariu
atque legati
in coetu leg
urbe derelin
Tien-tsin litt
proficieunt
Cosacorum e
recesserunt;
titi, quod A
in Siberiae
seruerant, p
tantur, gen
aggere dedu
ruptionibus
lerrimum, q
imperium, q

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

PRETUM SUBNOTATIONIS:
In Italia: Lib. 10 — Ubique extra italiam:
Lib. 15, M. 12, Sch. 12, Doll. 3, Rubl. 6, Flor. 7 1/2.

BIS IN MENSE PRODIT

POSSESSOR ET ADMINISTRATOR:
ARISTIDES LEONORI, eques.
ROMAE — Via Alessandrina, 87.

DE SINARUM REBUS.

RERUM PUBLICARUM fata iam nova nostris gentibus in ultimis Orientis terris matrarent, dum nostra vexilla pariter atque negotia iter non tam sponte initum, quam arcta cogente lege assumptum pede incitato calcant. Silent quidem tormenta bellica; at non morantur eventus; perturbationum enim seditionumque causas, quae mox in bellum proruperant, armis et vinculis avulsas radicitus affirmare non possumus. Quae immo imposta sunt populo vectigalia graviora, ut pretium restituta pacis nostris gentibus solvatur, in nostros omnes advenas odium populare magis magisque inflaverunt.

Sed ut rerum in Sinis condicio iuste intellegatur, pauca supra repetere iuvat.

Constat Russos ut Mandchouria provincia potirentur iamdiu anhelasse, quod anno MDCCCXCV aperte emieuit, cum Portum Arthur in Flavo mari eiusque sinum occupavere. Siberianus enim Vladivostokensis sinus, glacie plerumque interclusus, ineptus classi agendae habebatur, quum contra nova exoriretur in dies utilis loci necessitas ob inquietam Iaponensem ambitionem, eorumque bellicas vires terra marique longe auctas atque ordinatas.

Per opportunum itaque visum, vix atque novissima Sinensium pugilum exarsit seditio, copias in finitimum regnum immittere. De re autem videbatur pactionem quandam veluti tacitam Russos inter atque Sinenses intercessisse, quod clarius patuit, cum, capta Pechini urbe atque legatis ab hostibus eruptis, rogationem in coetu legatorum statim Russi obtulere de urbe derelinqua atque reducendis copiis ad Tien-tsin littus, dum ipsi Ci-li e provincia primi proficiebantur. At e Mandchouriae finibus, iam Cosacorum equitatu undique vastatis, numquam recesserunt; quin etiam ferreo illo itinere potiti, quod Angli posuerant e Ci-li provincia in Siberiae fines, tunc autem novo terrori deseruerant, per provinciam omnem castra mentantur, geminunque ferreum iter elato in aggere deducunt, ne umquam a fluvialibus irruptionibus intercipiantur, neve deficiat iter celerimum, quo Cosacorum turmae in finitimum imperium, data occasione, descendere queant.

Foedus autem, quod cum Sinensibus ictum praedicabatur ut e provincia Russi excederent post restitutam late et ubique pacem, effectum quodammodo ad anxietates aemulorum tollendas videtur. Ad velitationes illuc enim atque seditiones frequentissimas ad nostros usque dies audivimus, incerti quidem utrum verae an maius elatae: securi eas ad libitum posse incitari ac fieri maximas.

Sed tamen eventuum evolutio potius fato quam hominum voluntate successit; bellumque in ultima Africa maxime in re valuit. Angli enim, qui antea, veluti primo agmine, milites suos ad littora Sinensium attulerant commerciaque promoverant, Africano illo diurno bello coacti sunt protinus morari, ita plane ut quoties Anglorum Russorumque pugnarent ex adverso consilia, aemulis Angli cesserint. Ulro itaque oblata ab iis in coetu legatorum rogatio ne Sinensium fines pro tempore violarentur; quod placuit pariter amicis atque aemulis uno suffragio censere. Eequid mirum? Russi Mandchouria provincia satis superque habebant, eoque magis quod uni e Sinarum rebus certam utilitatem accepissent.

Attamen, rerum statu expertis Anglis oportuit foedus palam inire cum Iaponia gente recentem humanitatem consequita; simul Russis Gallisque tempus advenit sui quoque foederis pandere mentem; inde nudata fronte hinc inde foederatae gentes sese ad invicem advigilant atque aemulantur.

Iamvero Asiaticae res simili arte diriguntur atque moventur, qua Europaeorum negotia inter duplex et triplex foedus divisa videmus; ibi enim, prouti apud nos, bina foedera, ad invicem pugnantia, pacem, quoad licebit, continebunt.

Sed ut clara habeatur rerum condicionis hodiernae notitia, iuvat proprius utrinque foederis rationem et momentum brevi ad trutinam revocare. En itaque Anglorum maritima vis ingenti manu a Iaponiis sociis aucta; en portus tutissimi optime patentes; en optime instructa classis suis navigis accedens: additur quoque exercitus paratus prope ad bellum, cui primas ferme in Orientis litore nemo auferet. Iaponii

invicem gaudent anglica auctoritate et anglicis divitiis, ut optatis forte terris Coreanis tandem aliquando potiantur. Ex adverso Gallorum clas-sis eorumque exercitus in meridionalibus Sinarum provinceis haud modico auxilio Russicis conatibus erunt.

Ceteras gentes quod attinet, praenotandum primum Americanos legatos exemplo temperantiae et patientiae omnibus fuisse, cum de pacis condicionibus, statuendis aetum est, ab iisque primum suos milites reductos fuisse ad Philippinas insulas, ubi nimium ferme bellum sustinendum adhuc flagrabat. Germani nemini patet quid moliantur, quid sibi velint. Erantque eorum copiae, pro longinquitate gentis, maximae, quippe quae ad viginti fere millia militum excrevissent; manent in Sinensibus locis fere omnes, neque aperta satis magistratum mens est qua de causa tantus exercitus, post restitutam pacem, extra patriae fines commoretur. Post Germanorum vestigia, atque omnium consilia sequuntur Itali haerent animo et ausu; oportuit enim nobis extremo loco advenientibus ceterorum placitis subscribere, atque desideriis potundiæ Sinensium regionis nonnullae prorsus valedicere, ne fines imperii laederentur, quod erat una mente constitutum. Nihil profecto Italii restat, quam ut sollerter quietamque oeconomicam explicationem promoveant, quae suo tempore certos fructus inter ceteras nationes sit allatura.

Rebus sic stantibus id concludere licet, post bellum Sinense omnia esse in pristinum restituta, praeter Sinensium aerarium, quod, impensis vectigalibus gravissimis, pessima fata premunt. Bellum enim illud quod productum tamdiu est, si iter contra Pechinum urbem atque legationum aedes recuperatas exceperis, soluto imperio unaquaque gens — candide fateamur — imperatoris sui arbitrio duxit, quum imperium, quod Waldersee Germanico legato in universos milites traditum est, nihil aliud quam vana species extiterit. Nihil itaque, quod optime fieri poterat, factum dici potest, omnia contra in peius reversa. Sinensem imperatorem et matrem aufuentes nemo persecutus est, nemo reduxit ad urbem; nemo intulit tantum Sinensibus terrorem, ut mandata eius satis venerarentur, quae, parum licet, mutarent gentis mores, et indolem, et vitam.

Quare eadem iam obstacula contra Europaeos perdurant, quae antea stabant: Imperatricis viduae superbia, magistratum fraudolenta caliditas, odium populi. Imperialis ille iuvenis, cui reddere auctoritatem concordi consilio legati gentium statuerant, quum sollemnes redditus dies celebrarentur sub matris solio, tamquam pupillus tremens, in scabello consedit; dumque anus illa callidissima legatorum uxores ad regiam invitat atque monilibus aureis et gemmis donat, iam iam pugilum sicariorum manipuli ubique coalescunt iterum, partam tanta pecunia pacem proxime eversuri.

P. ROSSANI.

LATIAE MUSAE

IN SAECULARIBUS VICTORIS HUGO.

ANNUM ab ortu Victoris C, non gallicae tantum, sed latiae quoque musae salutarunt, aliae quidem plus minus canoris versibus, aliae strepentibus; saepius obseuris et summo labore arcessitis sententiis, seu potius ampullis, cum sesquipedalibus verbis ad vulgi stuporem quaeratis.

Victoris Hugo, eiusque praeconis Gabrielis de Nuncio quae sit poetica virtus, in tanto animorum aestu ob studia partium civilium, aliis iudicandum relinquo. Ad latinum potius Gabrielis interpretem me convertam, Alafridum Bartoli, non tam ut eius versus admirer, quam ut arduum conatum incredibilemque patientiam. Agebatur enim de latine reddendo carmine italicici poetae, qui se quasi in vertice collocasset totius conversionis litterarum; qui dictaturam gereret quandam super novae aetatis ingenium, studia, humanitatem; qui suam plane rationem fingendi, suas formas, suum poetici numeri genus haberet; qui idcirco ab antiqua, vel optimorum, consuetudine esset remotissimus; nisi forte Ennianum quid in eo reperias, quum propter granaria verba vibrantesque sententias, tum propter superbam quandam artis asperitatem. Sed quemcumque denique in humani ingenii historia is erit occupatus locum, ea non sunt eius carmina, aut ego fallor, quae possint latine verti felieiter. Quod ut facilius intellegatur, tentabimus, quantum latini sermonis natura feret, Gabrielis Carmen paucis comprehendere, utentes interdum ipsius A. Bartoli verbis.

Ode igitur, uti pindarica epinicio pleraque, tribus partibus constat, quarum media rem propositam fusius evolvit; extremae duo ad occasionem condendi carminis pertinent.

Pars prima canendum virum proponit, quasi alterum Amphiona. Nam, ut hie areis thebanae conditor

urbem iam fretus cythara fidibusque canoris, cum Fato, tum sollerti et ruiturae in praelia genti multis insignem portis excivit et aris;

haud secus Victor Hugo exegit opus, « arcem verborum aeternam, quae cuncta amplectitur ». Hanc areem coluere senes « memores sine fine malorum », hanc bellatores, hanc pueri et virginis; hanc eura vigil sub nocte viros acuens

« per saxa domosque solos... ferventi corporis aestu »; hanc denique

... scelerum facies instructa potenter in omnes unguibus et rostris, oculis quae certet et alis.

Evidem arem istam verborum, quasi Noe aream, ingredi poterat ille quoque versus:

Cum Fato, tum sollerti et ruiturae in praelia genti; sed quod production esset, fuit ei consistendum in limine.

Iam qui locus, quae gens Victor Hugo imponet honores? — « Sacra gens Dantis... aeterni custodia libri... capitolino de vertice seruum ingens tollat huic reduci, quasi novo Prometheo:

... ac ore tibi, ut melioribus annis, Gloria! ter verbum resonet, nam tempora vincens et reges, redit miram qui condidit areem Titan; laetitiam et dulces adducit amores, invocat atque idem scythicas testantia poenas ». —

Altera, seu media, pars habet viri laudes, in eaque Gabriel prius hominem nunciat, deinde poetam. Hominem quidem Gallia extorrem, Prometheus similem « igniferentis », cui satius est se rupi vinetum vigilare, quam servire tyranno; hominem e rupe circumspicentem « reboans magnis ululatibus aequor », quo tempore

.... nubes immota doloris crebra sinum tacito pendebat in aere nimbis, eundemque exspectantem dum pateat in patriam reditus, ubi:

.... illius Fatum, quod iam procul eset, heu terram scelerum plenam, et cum labe, crux verba coegerunt premere et calcare superbam.

Itaque in Galliam redit vere gallicus civis, quod ipse omnem suae gentis completeretur laudem, quidquid nobile habet aut « Arduenna silvis profundis obsita: aut claro Provincia caelo... aut tacitis Britannia velis candida », aut belatrix eademque festiva Burgundia, aut gratia Phoenicium, qui ad Massiliae oras appulerunt.

Haec de homine; multo maiora de poeta, quem dicit nullis patriae finibus contineri:

Omnia sed capit ille; illius continet orbem pectus, quod radios creat atque hos accipit idem.

Est is poeta, « cuius cum flat spiritus oris, saeculorum pulvis tollitur et euneta advolvit »; cui loquenti

umbra et manes tumuli atque arcana recludent; cuius cogitata et voces erumpunt quasi leones per temporum silvam:

Elicit unde silet voces, commentaque rumpunt per saecli silvas velut in sua bella leones.

Est is poeta qui, concesso monte,

alloquitur ventos, aquilas turbamque relinquit latrante, crux et lucrum cui haud displaceat, urbem et meretricem.

Post haec ipse Hugo loquens inducitur, sublimis somnum enarrans; « novit namque omnia vates », quemadmodum in Vergilio Proteus: *Scit peritura, noram quae spem dant omnia novit abdita, quaeque dabunt mundo nova pulchra dolenti.*

Cadunt igitur vetera; eadit tyranus « nullo heu suffultus haerede; nee inde pastor abest sine lege, notam eni tempus inussit ». Subeunt ... regum ordo cohorsque pontificum, Procerum, sua qui mendacia norunt.

Tandem

torquetur gladius obscuraturque tiaras, et diadema cadit; franguntur vincula, cessat supplicium: magna sit Gloria magna Parenti.

Tertia pars Romam revertitur, ut poseat honores viro. « Quas nos incendere taedas, quos rogos deceat Victor Hugo turribus ornato, capitolia summa petenti? Clamet Roma: Italianam Italianam! » Hugo enim « Dantis ab ore Italianam Italianam didicit ».

Haec summa totius carminis, in quo latine interpretando A. Bartoli forte sibi proposuit Gabrielis ipsum vultum referre et album et atrum quam fidelissime. Hinc factum reor ut multa minus videantur perspicue redditum ex confuso et perturbato verborum ambitu; versus autem nonnulli aut incompositi, aut certe insuaves, praesertim ob frequentiores hiatus; ut hi, praeter adductos:

— *Eumenidumque facem! Patriam! Patriam!* [ciebant.]
— *Turaque cum luctu manus aspernata minaces.*
— *Illiis effigiem gentes exstare vident. « Quis...*
— *Et bibit admota, ut rates, ad labra manu, dum...*
— *Utfaber, in quo artem aequaliter iactantia, stultus...*
— *Vestiet: in foribus numquam clausis, homo ubi [intres] et maneas, ait, haec omnes inscripta legent; hinc...*
— *Ut Deus agminum et Ille, « dabo tibi, clamat eo- [rum] duritiem vincat quae frontem...*
— *Dulcet timendum quod tabiis sonet in mage sanctis nomen...*

Pauca nunc de operis titulo, qui sie exhibetur.

IN VICTOREM HUGO

PRIMO AB EIUS ORTU SAECULO EVADENTE

* MDCCCLII * MCMII * CARMEN

GABRIELIS NUNCII

Latine reddidit ALAFRIDUS BARTOLI.

Collocatio verborum in secundo versu, perspicuitati videtur officere. praesertim quum constet, nomina haec « ortus, initium » habere saepe adjunctum « primum », ut: « primo statim initio – primos ortus ». Itaque ambiguum fit, utrum sit intellegendum, « primo ab ortu », an « primo saeculo ». Nonne planius dici poterat: « evadente primo saeculo ab eius ortu? » Quamquam, verbum hoc « evadere » haud aptum existimo denotando temporis cursui. Inest enim in eo verbo significatio conatus aut vitanda aut assequendae alicuius rei, quemadmodum in his:

Sed remeare gradus superasque evadere ad auras, hoc opus, hic labor est;

itemque: « casus evaserat omnes ». Nee satis video eur forma participii praesentis adhibetur in saecularibus exacto saeculo celebratis. Evidem verba haec « saeculo evadente » idem valent ac « saeculo ad exitum properante »; seu potius, iuxta traditam verbi vim, « saeculo tentante fugam ».

Ceterum, quo ingenio doctrinaque pollet A. Bartoli, multo poterit de suo proferre felicius quam de alieno thesauro. Nee est eur vestigia premat novissimae Arcadiae, inflantis utres et male ferientis aures, Vergili et Horatii numeris enutritas, is qui et latinis de metris diligentissime seripsit (1), et non ex uno poetico certamine primos honores tulit.

PETRUS ANGELINI.

(1) A. BARTOLI, *La lingua e la metrica di Virgilio*. — Pistorii, ex officina I. Flori. a. MDCCCC.



IN SANCTUM MARIAE NOMEN

*Suave cordi quam meo
Tuum, MARIA. Nomen est!
Ab hoc Nomine profuit
Quae mihi cumque voluptas.
Quales mihi pulcherrimae
Petuntur inde imagines!
Qualis alma cupidinum in-
ardet excita flamma!*

*Te, Mater, ut primum polo
Subrisit Eos, invoco;
Te, quum Sol iuga montium
Lustrat, oceanumque:
Teque invocandâ sic agor,
Sic effor sublimiter,
Ut piae gaudio in aethere
Rear Numini adesse.*

*Nocturna per silentia
Identidem te nuncupo,
Meque splendor amabilis
Circum fulget obortus.
Nomen tuum simillima est
Imago lucis candidae,
Longe quae tenebras fugat,
Meque illuminat intus.*

*Persaepe transvolantibus
Auris id ipsum credidi;
Orâ ex oppositâ mihi id
Ipsum reddidit Echo.
Tunc prata, tunc siluae simul
Lymphaeque et herbae et flosculi
Te propter, MARIA, in novos
Excitant amores.*

*MARIA ubique admurmurant
Aquae, fluente rivo;
MARIA algida rupium,
Hortulique tepentes.
Mirâ interim dulcedine
De te loquuntur omnia
Dium Nomen amantibus,
Ter quaterque beatis.*

*Ubi vel unum cordium
Amore non plenum tui?
Quod hincit labium, haud sonans
Te, formosa MARIA?
Silescit interdum tuus
Ignis sub arco pectore;
Verum, se simul explicat,
Dulces exit in hymnos.*

*Canit MARIA poenitens
Valle in reductâ, fuscum
Membra quem lacrimae iuvant,
Quem suspiria pascunt:
Statimque laetus, abstinet
Flendo, inque risum vertitur:
Videt cœn astra patescere,
Visuque haeret in illo.*

*MARIA in alto navigans
LEO serenus concinit,
Seu venti posuere, seu
Vastum fluctuat aequor.
Quod si procellae sidera
Atrâ oculant caligine,
Oriri aspicit ex Deâ
Lucem fulgidorem.*

*Clausae repostis aedibus,
Dicatae IESU Virgines
Alterno modulamine
Canunt dulce MARIA
Sic, ut putentur Alites
Delapsi ab aulâ caelatum
Huc melos resonare, quo
Semper illa resultat.*

*Es, o MARIA, tu sonus
In oribus gementium,
Iamque rebus in asperis
Pene deficientum.
In te levamen est viro,
Quem morbus urget anxum;
In te pax, ubi denique
Coepit funere mergi.*

*Nomen tuum fragrantia
Quae recreat, vox caelica
Süavem ossibus implicans
Ignem, mellegue manans;
Speique pignus aureae,
Castique amoris symbolum,
Cordiumque micantium
Flamma et gaudium Olympi.*

*O Mater, o fons dulcium
Intaminatus affectuum,
Tu mea a teneris eras
Cura, tu meus ardor.
Ubi ergo me Deus velit
Secli tenebras linquere,
Vocem te prius, oh! vocem,
Ac dein lumina condam.*

(Ex italico carmine Ios. PERAGALLI).

IOANNES BATTANIUS.



VETERIS MONUMENTA ROMAE.

De Thermis Diocletianaeis.

QUUM sit in animo veteris monumenta Romae prouti quadringentis circiter abhinc annis apparebant passim exponere, secunda quippe fortuna ad nostras pervenire manus, iam inde quaerentes huiusmodi, quae illis temporibus imagines rerum chartis paelo tradebantur, sicut nuper de Mole Adrianaea gratum intuentibus fecimus (1), qualis ante expugnatam a copiis Caroli V Hispaniarum regis urbem, vel illos circa annos erat, ita nunc de Thermis Diocletianaeis optimum ducimus scribere, et aedificii rudera exhibere, antiqua ad unguem redditam imagine, et aliquid subiicere, quod tanti monumenti historiam instauraret (2).

Integral plateam, cui nunc « *Termini* » nomen, (ita vocem *Thermæ* vulgus corrupit), ruderâ quae coram adhuc reliqua sunt, insuper exedram hodierna portu superimpositis aedibus circumscriptam, et quantum spatii est ab aditu turriformi antiquorum horreorum, postea poenalis careeris, denique, nempe modo, scholârum, ad Sancti Bernardi templum, Diocletiano et Galero Augustis iubentibus thermae occupabant, quae anno supra trecentesimum secundo coepitae sunt aedificari; anno reparatae salutis autem CCCV-VI, aedificiis pro tanti operis magnitudine omni cultu perfectis, iuxta marmoream inscriptionem ibi repartam, (3) a Diocletiano, Maximiano, Augustis, a Constantio, Maximino, Severo, Caesar. nobilissim. consecratae sunt, et « *felices thermae* » appellatae, Romanisque et Diocletianaeo Numini dedicatae. Haec apud Nibby (4). Malpica autem nobis auctor est a Constantio et Galero primum publico usui summis omnibus festisque traditas.

Quidquid hac de re sit, unum superest egregium eas Diocletiani nutu fuisse erectas, « *felices* » fuisse nuncupatas; insuper et « *Diocletianas et Maximianas* », modo simul una, modo ad libitum nominantium, praestitisse amplitudine Antoninis, Neronianis, ceteris denique; tales fuisse, quae locum dare possent tribus millibus ac trecentis civibus balnea simul adeuntibus; novem et sexaginta pedes patuisse in fronte, totidem in agro, quatuor pedum millia ducentos et septuaginta et sex pedes in circuitu; magnificencia super omnes huiusmodi excelluisse; suprema floruisse laude in omnibus, quae luxum, sumptum, voluptatum omne caperent genus, tum quae ad relaxandam animam, tum quae ad corpus delectandum esse possent.


Tribus quodammodo zonis constabant. Exterior continebat gymnasium, bibliothecam, quippe Ulpia Traiani translata hue fuit, palaestras, theatrum, auditoria; interior exedras, equirias, seu ad obequitationem campos ludosque equestres, et similia, athletarumque arenam, gymnicorumque ludorum; intima natatoria, balnea, recessus. Quae meridiem spectabat frons, erat eodem tempore vestibulum ac theatrum scenicis constitutum fabulis recitandis, aedesque habebat litteris destinatas, poetisque recitaturis carmina quotidiana auditoribus. Hinc et inde rotunda

(1) Cfr. an. V. n. III.

(2) Imagines a Marco Sadeler excusas nobis ultro obtulit Iosephus Haass eques, cui publicas gratias iterum tribuimus.

(3) Cfr. Mazzocchi, *Epigr.*, 14.

(4) Nibby, *Roma antica*, vol. II.



Thermarum Diocletiani prospectus exterior qui erat saeculo XVI.
(Latus ad Africum).

aedificia assurgebant. tepidaria usu appellata. Interior huie fronti pars calidariis assignabatur; quae ad Boream frigidaria; tum aulas, tum ingentes porticus recto procedentes ordine, et curvo, prout elegantiae et pulchritudinis praecpta ferebant. Hae porticus, inter exteriorem et internam zonam erectae, deambulationes, umbras viridariis arboribusque commodas offerebant, siqui essent qui ad interiorem zonam pergere optarent. In hac altera laevis ingens, « nafatorium », centum pedes porrectum in latera, ducentos in frontibus, cui hinc athletarum campus, « xistrum », inde « stadium », ubi nempe cursus equitum, curruumque. Simulaera, delubra, duae basilicae insuper, seu regalia tempula porticibus insignia, litus ornabant. Quantus erat fons Mareius in lacum purissimum decidebat, et oecultis inde eunieulis defluebat. Inde aditus erat ad thermale palatium, seu potius ad thermales aedes quadrilatera forma porrectas, cui in medio emicirculus erat columnarum ingentium, et quadruplum nobilissimum vestibulum. In centro « hypocaustum » statutum, scilicet fornax immanis, in qua calefactae aquae vaporem immitterent in calidaria. Marmoreae, porphyreitiae arecae per conclavia dispositae, conclavia ipsa pretiosissimae marmore fulgebant; specularis marmoris lamnae (sulphatum calcis crystallinum) in fenestris dispositae lucem ingredi sinebant. Argentea epistomia, statuae, anaglypta ex aere, marmore, tabulae, picturae, celebrissimum artifium omnia, parietes implebant; canorum aves, peregrinae bestiae, prata, horti, luci amoenitatum omnium summam complebant.

Haeret animus ac nutat, nec penitus acquiescere potest brevissimo tempori, quo tanta similitudinata, erecta, perfecta sunt. Ac tamen rudera ingentia testimonium perhibent absolutarum rerum. Seimus praeterea, traditione monente, actisque Martyrum rem confirmantibus, Christianos illie ad opera publica damnatos sudorem, lacrymas, sanguinem immanibus operibus effusisse. Quadraginta Christianorum millia traduntur illie ab anno CCCIII ad CCCVI ingemissus. Quos colit Ecclesia Romana Martyres, Largus, Cyriacus, Sisinius, Saturninus, Smaragdus, quorum ad aeta delegamus lectores, hic opus damnatis inter verbera, et ungulas, et lora et stimulos acutos fratibus in Christo impendebant; inde, quoties vesana sanguinis rabies spectantes in Flavio cives invaderet, et « Christiani ad bestias! » requirentur, inde, inquam, quasi

ex fodina quadam innocentium, eruebantur et in amphiteatrum tigribus, leonibus, hyenis laeterandi, disperpendique devorandique rapiebantur; quippe eodem anno, quo iussae sunt thermae, Maximiano Augusto, qui Romae tunc erat, urgentius exstimplante et instante, Diocletianae immanissimae persecutio edictum editum est. Nee raro contingit incurrere in thermarum harum lateres ac tegulas signo crucis notatas, quo forsitan Christianus ad lateritia conficienda damnatus salutem damnatus ad aedificandum mittebat, ignotus ignotis, ac tamen in Christo fratres utriusque.

Quamquam pro certo habendum est, quo tempore Alaricus per Salariam portam in urbem introivit, una cum Sallustianis et Lueullianis hortis et aedibus, has thermas irrumpentibus, populantibus, vastantibus, succendentibus barbaris primo patuisse, attamen a Notitiario Imperii et a Sidonio Apollinari, qui circa ultimos V saeculi luctuosissimi annos carmina Crescentio scribent, eas et esse et frequentes populo fuisse, restauratas in iis, quae a barbaris tolerarant.


At num ignoramus Totila saeviente Romam quadraginta diebus vaevam habitatoribus remansisse, et vix duodecim civium millia, multum precante et adhortante Pontifice, et religionis praemia caelestia spondente redeuntibus, potuisse rursus enumerari? Adde insuper desolationi terraemotus, adde ruinas, quas provocabant rapaces homines modo thesauros abditos, ut putabant, exquirentes, adde pretiosa marmora sublata, nemine curante tot in an-

gustiis ac sollicitudinibus; omnia ferme de tanto aedificio conciderunt. Haud aliter atque amphitheatrum, ceteraque thermae, haec quae magis a nucleo resurgentis urbis distabant, tamquam fodinae marmororum caementorumque habitae sunt. Seimus inde ablatas ducentas et ultra columnas, praeterea vim simulacrorum ingentem, ac formam aedificii, quae adhuc in fundamentis et ruderibus et reliquis perspicua erat, a Palladio architecto mirifice relata et expressam.

Iamque ad annum MDLXI ventum erat; millennium vastationum, et neglectus, et ereptionum nondum exterminare potuerant, et undeviginti aulae plus minusve direptae adhuc restabant, quas inter integra pinacothecae media, et integri fornices, qui a solo ultra nonaginta pedestibus eminebant, quos immanes ipsae immagine columnae monolithae ex porphyro orientali, quod granitum vocant, 72 palmis altitudine, viginti tribus circuitu, sustentabant, quas mole territus nemo a loco dimovere ausus erat. Michael Angelus Bonarroti saepius ea per loca solitarius deambulans, terribilibus cogitationibus eaenpsique suis simile quid requires in horribili devastatione illa (atqui octogesimum et sextum agebat annum!), ardenter oculis illa considerabat digna Michaelangelo. O si... At eo tempore Antonius De Luca, sieculus sacerdos, Pium IV rogabat ut illas ruinas sibi templum ibi SS. Angelis excitatu concederet; futurum inde ut aliquid superesset saltem de tanto aedificio tot Martyrum sancto manibus et crux et lacrymis, religione locum consecrante ac tuente.

Pius IV e Medicea gente erat; qui quidem Leonis X aemulatus gloriam et animum Bonarrotio credit operam. Arsit juvenili robore, virili virtute senex immensus, et, servatis ferme omnibus, templum ex aula fecit; tantum pavimentum exstulit, octo circa palmis a veteri strato, ne mucorem gigneret, ne exitiosum aut insalubre venientibus preceatum vel visum esset. Plausit Pius, Roma plausit; nihil enim reviviscenti pinacothecae deesse a veteri videbatur.

At Vanvitelli architectus, Bighi Cardinale acciente, et opus committente, non horruit Bonarrotiae operae violentas inferre manus, et mutatis portis, et additis quibusdam eachinnis pulchritudinem minuit, magnificeat extenuavit. At quamvis ea fecerit, quae non lieuisset, nihilominus templum mirabile semper est, cui Franciscus Bianchini meridianam addidit, sole



Thermarum Diocletiani prospectus exterior qui erat saeculo XVI.
(Latus ad Atavulum).

super pavimentum
opus Lalande
ornatissimum.
Praeclaras ha
insignia. Qua
chorum erant
usum, in mus
est, centum e
rotii eiusdem
ditae solo die
in medio ger
tum.

Haec dixis
cordationem t
non quidem a
absolvenda.

FRIDERICU
CUM NA

Q UAVIS aeta
que pro
quam militum
stat pariter m
contigisse, qui
« Considera p
discriminis tem
manu milites
novissent sequ

Quas profect
centioris aetati
rex, et Napole
ostenderunt. Q
tione aliquid s
re nata, varie
riae enim sunt
locorumque con
tium virtus at
lantis opes.

Quodsi tame
citus suos du
utrumpque vide

(1) Offr. germanic
MCMII, et italicum

urme de tanto
atque amphio-
uae magis a
tamquam fo-
abitae sunt
altra colum-
gantem, ac
fundamentis
erat, a Pal-
expressam.
m erat; mil-
et ereptio-
nt, et unde-
adhuc resta-
le media, et
onaginta pe-
psae immo-
nyre orien-
mis altitu-
abant, quas
ausus erat.
ea per loca
gitationibus
ens in hor-
gesimum et
oculis illa
si... At eo
sacerdos,
bi templum
t; futurum
e tanto ae-
as et cruce
erante ac

qui quidem
imum Bo-
nili robore,
vatis ferme
ntum pavi-
eter strato,
t insalubre
et. Plausit
riscenti pi-
ar.

Cardinale
norruit Bo-
manus, et
cachinnis
iam exte-
n licuisset,
er est, cui
didit, sole

super pavimenta signante menses et horas, quod opus Lalande adlaudat tamquam perfectissimum, ornatissimum, et in omni huiusmodi maximum. Praeclaras habet tabulas templum, simulaera insignia. Quae domus Contemplantium Monachorum erant, nunc in alium conversae sunt usum, in museum scilicet. Atrium dignum visu est, centum ex columnis portico nobile, Bonarrotii eiusdem opus. Atque huius manu olim creditae solo dicuntur cupressus altissimae, quae in medio germinant atrio.

Haec dixisse licuit, immo cumulasse ad recordationem tantarum rerum rursus ciendam, non quidem ad omnia, quae dicenda essent, absolvenda.

G. P.

FRIDERICUS COGNOMINE MAGNUS
CUM NAPOLEONE COMPARATUS (1).

QUAVIS aetate certum est pugnas omnes atque proelia magis imperatorum peritia quam militum virtute esse superata; sed constat pariter maximas victorias imperatoribus contigisse, qui illud praesertim re exercuerint: « Considera primum, deinde aude »; quique discriminis tempore iuxta suam mentem firma manu milites moderati, optimum quidquid esse novissent sequuti sint.

Quas profecto animi dotes maximi duo recentioris aetatis duces Fridericus, Borussorum rex, et Napoleon, Gallorum imperator, omnino ostenderunt. Quapropter ipsa ducendi belli ratione aliquid simile uterque portendit, etsi, pro re nata, varie deinde in pugna egerint. Variiae enim sunt pro singulis bellis temporum, locorumque conditiones, armorum species, gentium virtus atque ingenium, et utriusque bellantis opes.


Quodsi tamen artem, qua duces illi exercitus suos duxerunt ad pugnam inspexeris, utrumque videbis eo consilio semper egisse, ut

hostium copiis quovis pacto primi occurserent proeliandiique copia facta una simul delerent.

Iamvero Fridericus ille, unus inter suae aetatis imperatores, hanc bellandi rationem esse optimam sensit iustamque fecit, ita ut pleraque pugnae eius ad belli eventum maximae evaserint ac lucida mente paratae atque directae; quod immo ipse forte clarius mente intuebatur et proponebat actu, quam Napoleon, cui quidem in re auxilio quoque fuerunt hostes ipsi, quippe qui incerti plerumque auimo, vel inter se aemuli suam operam parum expeditam aut unitam revelarent. Fuitque pariter summis his imperatoribus commune consilium, ut cum forte a nimis hostibus se circumcaptos viderent, eorum agmina singula congrederentur impetu maximo, et paululum saltem repellerent: quod si tueri sese cogerentur omnino, non id inertia facerent, sed contendenter ut per quam inquietis motibus hostes lacecerent, statimque, data occasione, in eos vicissim concurrerent. Belli via,

qua calcanda melius videretur, summis apicibus primum statuebant; cum vero res postularet, omnia mutabant, ut maximam utilitatem ex rerum eventibus assequerentur.

Similia in ipso pugnandi actu uterque cavebat. Friderico Borussico regi id erat praesertim mos, ut hostem cogeret qui ad pugnam iniquissimo loco descenderet, inopinato manus cum ipso consereret acriter; raro tamen subsidiarias cohortes retinere poterat, ob copiarum exiguitatem. Napoleon quoque pugnandi rationem constituebat; at pro prima tantum pugnae facie, quae mutaretur deinceps, iuxta hostium motus atque proelii variam fortunam. Ipse itaque multis in locis proelium committebat, usquedum,



Cupressus quae vulgo a Bonarrotio satae dicuntur in cavedio coenobii ad Thermas Diocletiani. (Photographice expresserunt FR. ALINARI, Florentiae).

cognito hostium defectu atque minus tuto loco, in eos vi maxima compulsa, idque tam certo oculi iactu tamque prompto consilio, ut vere mirabilis in re evaserit. Emicuit pariter maxima dueis virtus constantia, qua, post superatos hostes, maximos fructus victoriae victos perseverando eminus adipisceretur, cui minus saepe intendit Fridericus. Iamvero nemo aequavit adhuc celeberrimum illud Napoleonici equitatus iter, qui, Ioachimo Murat duce, post victoriam ad Auerstadt Varsaviam usque per ducenta fere passuum millia vix uno atque dimidiato mense pervenit, et fusos hostes undique dissolvit.

Si quis tamen quaevisserit, uter sit maior habendus dux, Fridericus an Napoleon, pro multitudine atque magnitudine victiarum gallicus imperator primas tenet; sed contrarium omnino censendum si prudentiam respexeris, quae magnum imperatorem decet; ea enim maxima in Friderico fuit, quippe qui exiguis militibus atque undique ab hostibus longe praevalidis circumventus suum regnum firmo pede dilatavit et quasi conditor suae gentis exstitit; nulla contra in gallico Alexandre, qui superbia paene incredibili ductus, etsi tot triumphos reportasset, sese gentemque suam in magna disermina adduxit.

A. COSTAGGINI.



Porticus coenobii ad Thermas Diocletiani, nunc civitatis museum.
(Photographice expresserunt FR. ALINARI, Florentiae).

DE "SYMBOLISMO",⁽¹⁾

Agrediamur itaque argumentum, quod in superiori numero proposuimus.

Stellae, luna, sol caelestia corpora sunt, nec usquam, nisi in caelo, videmus. Agitur ergo, cum de Christo in Ioseph inducto agitur, de regno, quod Christus ipse indicat per illa verba toties

(1) Cfr. num. sup.

in Matthaeo iterata: « simile est regnum cælorum »; de religionibus agitur, quae ab idolis adoratis ad Christum adorandum converterentur, iuxta verba: « Et omnes gentes cognoscent quod Dominus Iesus Christus in gloria est Dei Patris », et « adorabunt eum omnes reges terrae, omnes gentes servient ei », cui « data est omnis potestas in caelo et in terra », « et regni eius non erit finis ». Quod si rem communis perspicere voluerimus, patet in prophetico sermone (1) idolatras designari obiter gentes per verba: « Qui adorant militiam cæli », scilicet, astra; hinc somnum hoc Ioseph depingere, idem est atque asserere quod Prophetæ, Evangelistæ et Apostoli millies verbis expresserant, quod scilicet « idola penitus contererentur », quod Christus vincet, regnabit, imperabit, « et fiet unum ovile et unus pastor », « unus Deus, una fides, unum baptismum ». Itaque et sol Apollo, et luna Diana, sive Ecatem velis dicere, sive Lucinam, delubra sua cedent Christo, et minores quotquot sunt dii gentium, qui nomina sua dederunt astris, eorum Christo decidunt venerabundi. Quid si dicas, Persas et Sabaeos solem adorantes, quid si tot Asiae et Africæ populos, immo et Americae, colentes astra, Christum adoratu?...

Perge iam, et infer modo historice, modo propheticæ per solem indicari Synagogam. Mosaicam legem, quae una ante Christi tempora gentibus nuncia veri affulgebat, per lunam Mahumetanorum religionem, per undecim stellas reliquos populos, qui Martem, Iovem, Saturnum, Luciferum adorassent, in adorationem Christi convertendos? Quod quidem somnum interpretantes, si animadvertisserent Rachel Iosephi matrem iamdiu defunctam, quo tempore

(1) Deuter., c. XVII; IV Reg., c. XVII, XXI, XXIII; Par., c. XXXIII; Isaías, c. XXXIV; Ier., c. VIII; Sophon., c. I.

16]

FABULAE SELECTAE FONTANII A IOANNE BAPT. GIRAUD LATINE REDDITAE PASSIM RETRACTATAE A FRANCISCO XAV. REUSS.

LXIV. — MONS PARTURIENS.

*Vertice mons alto clamores cooperat altos
Edere parturiens, queis fremit aura procul.
Accurrunt eives, urbemque e matre potentem
Iam prodire putant; musculus exit inops.
Fictis vero tegens, depingit fabula ratem,
Qui sic audaci turgidus ore canat:
« Bella gigantæae dieam, fera prælia, gentis,
Deturbare polo quae coniurata Tonantem.....»
Magna quidem spondet tanto promissor hiatus;
Quid tamen attonito dat tibi saepè? Sonum.*

LXV. — FORTUNA ET PUER.

*Litterulis puer incumbens in margine hiantis
Extremo putei forte iacebat iners.
Sterebat securus ibi; puerilibus annis
Culcitulum præbet strataque quisque locus.
In tanto positus senior discriminæ ritæ
Ingenti saltu mox sibi consuleret.
Hac transit Fortuna faxens, placideque soporem
E pueri membris officiosa fugat:
« Bellule, te - dixit - volui subducere certae
Morti: sit posthac mens tibi sana magis.
Praecipitem si te dederas, me vulgus iniquum
Culpasset solam, cum tua culpa foret.
Iam die ingenue: Tu si fueris male cautus,
Me cur insimulas? Insimulare care».*

somnum vidit adolescens, novissent illa verba Iacobi aliud significare a verborum sono longe diversum. Quomodo enim Rachel, quae a terra abscesserat, filium Ioseph adoratura esset in terra?... Subest ergo in Patriarchæ sermone, - (et lex promissionis in uno Iacob tune erat omnis inelusa, qui et Israel appellatus fuerat ab angelo colluetante, unde Mosaicae legi ad dieti Israëlitæ nuncupati fuere) - subest mysterium, quo adoratio illa ad alias et gentes et tempora deferatur, et symbolo coerceat, quæ denotabat. At illa manipulorum adoratio coram manipulo Ioseph, in priore somnio, plura fortasse continet, quam suspicamur. Hinc interdum ex integro picta est; interdum manipula undecim prostrata coram uno illo stante; hinc, quasi de re satis cognita, manipulum unum ostenditur; res et brevissima facta est, satisque fuit ut spica grani exsisteret unica, et videnda exhiberetur. Quid porro intelligendum?... Sacrificia omnia, quae ex grano, ex farre aut unice conficiebantur, aut ex pane, ex grano, ex farre, ex farina initium sumebant, a sacrificio Melchisedec, qui « panem et vinum obtulit », ad sacrificia Mosaica, in quibus « panes propositionis » altari quotidie imponebantur recentiores, ad cruenta sacrificia gentium (1) ferme omnium, quae esca oblatarum carnium non carebant, neque carnes absque pane comedebantur, sacrificia omnia in illis manipulis designantur Eucharistiae sacrificio locum datur.

Et ne quid interpretationi firmandae desit, memini vidisse me palmulam auream frumenti folia acuminata hinc et inde duodecim, sena et sena, ferentem; in vertice autem spica erat, at ea arte dolata, ut pisces simul spicamque

(1) TIBULL., VERG., et ceteri passim.

*Haec ego dicta probo Fortunæ, cui male noxas
Gens humana suas protinus attribuit.
Si quis consilio caruit, si gessit inepte
Munus commissum, Sors id acerba tulit.
Perpetuo peccat Fortuna: calumna quaeris
Suerit in immeritam mille sonare locis.*

LXVI. — MEDICI DUO.

*Convenisse duo medici memorantur ad aegrum;
Ominis iste boni nuntius, ille mali.
Sic prior: - « E morbo revalescit. » - « Non - ait alter -
Ocius ille suos est aditurus aros. »
Lis geminos inter rivales magna movet,
Curando quae sit par medicina malo.
Agrotus moritur, trucior sententia postquam
Praevaluit, de qua plaudit uteque sibi.
- « Victoria - unus ait - vis morbi sustulit aegrum;
Sic ego, sic recte vaticinatus eram. »
Alter ad haec: - « Mihi defunctus si rite dedisset
Aures, salvis ad hunc riceret usque diem. »*

*LXVII. — GALLINA OVA PARIENS AUREA.
Dum nora lucra sitit, lucra passim perdit ararus
Pristina; rem pulcre fabula nostra docet.
Aureolum gallina dies in quoslibet ovm
Edere felici suerat agricolæ.
Hic, ratus in medio thesaurum ventre latere,
Ventriculum diro vulnere pandit avis.
Hanc reperit simile gallinæ omnibus, amens
Posteaquam fontem sepserat auriferum.
Disce, genus mortale, sitis quos urget habendi
Haud satianda umquam, disce tenere modum.
Sunt, qui sole relint uno ditescere; vidi,
Quos opibus cunctis exxit una dies.*

una sub imagine ostenderet. In symbolo pisces latere Christum quis neget? At qui pisces Christus est, idem et spica, idem et grano! Unde convenientia haec admirabilis?... Eadem porro de causa, qua in suo epigrammate Abercius ad Sacram Eucharistiam accedens, se in hostia, quae ex grano est, pisces a veneratis Ecclesiæ Romanae manibus suscepisse et manducasse fatebatur. Cuius ego carmina, tantum quae ad rem sunt, huc afferam, non sine gratia a lectoribus legenda meis:

*Vidi illuc (Romaæ) populum clarum fulgente sigillo,
Atque Petro Pauloque animis concordibus; intus
Martyrii inspectus locus ipse; fidesque praebat.
Et mensæ apposuit pisces, purissima Virgo
Eximium, pure quem ritæ a fonte prehendit,
Vescendumque dedit dilectis tempus in omne,
Utile habens vinum, potum cum pane ministrans.*

Idem insuper habetur de Eucharistia nomen in epigrammate Pectorii, quod Augustodunensis inscriptio obiter dicitur. Ibi enim pariter Eucharistica cena « Pisces cena » nuncupatur. Hac semel veritate adstructa, qua in eulenter patet quid sit inter symbolum grani et symbolum pisces, utrumque Christi Iesu nomen et mysteria significans, ad argumenta, Christum in grano exprimentia veniamus. I° Granum ab horreo in agros inseminandum dederit; Christus, Verbum Dei, Incarnatione a caelo mittitur in terram, fructus mirabiles redemptio, qua « terram, pontum, astra, mundum », « omnia, quae in eaelis et quae in terra sunt » Patri reconciliavit, allaturus (1). Paradisus autem in Evangelio ab ipso Christo vocatur horreum suum in collatione, quam superius indicavimus: « Triticum autem congregate in horreum meum » (2). Quo dicendi modo illud Ieremiae

(1) PAULUS, II^a ad Cor., c. V; Id., ad Coloss., c. I.
(2) MATT., c. XV.

LXVIII. — ASINUS SACRA GERENS.

*Crediderat, Vestae qui sacra gerebat, asellus,
Se velut heroem semideumque coli.
Erecta graditur cervice superbus, et aure
Carmina sublimi, thuraque nare bibit:
- « Erras, stulta pecus - sic tum spectator asello -
Laudem vel minimam si tibi rere datam.
Non tibi, sed Vestae, pompam decreverimus istam;
Non te, sed Vestam, carmina, thura decent. »
Haec perpende, tumens rerumque ignare senator:
Ostro, quo fulges, non tibi fertur honos.*

LXIX. — CERVUS ET VITIS.

*Vinea, plus solito quae se tollebat in auras,
(Qualem nonnullis cernimus esse plagis)
Exceptit profugum lassato poplite cerrum,
Tutas cui latebras, hospes amica, dedit.
Elapsam luget praedam renator, et acri
Dispersos reroeat latius aere canes,
Interea cerrus male gratus cooperat almam,
Qua tegitur, ritem rodere sacrilegus.
Perspicitur, redeuntque canes; occumbit in ipso
Bellua, quem fuerat depopulata, loco.
- « Ah! merui - sic tum cervus - mea fata; sed aqua,
Quisquis es ingrato pectore, fata time. »
Concidit, exemplo, lethali saucus ietu,
Prostratumque furunt dilacerare canes.
Supplicibus lacrimis nequicquam, morte sub ipsa,
Flectere conatur ferrea corda virium.
Te monui cerri sub imagine, mens male grata,
Quae ius, cuique sacrum, laeseris hospiti.*

(Ad proximum numerum).

lamentantis:
ubi est tritum
quasi vulnera
larent animas
ad unguem
Ecclesiæ, qua
Apostolica R.
mysteria, disp
a miseri sus
num initio e
verit; nec ab
seuntur, longe
ab avena, nisi
guitur.

Habes itaq
adolescentis i

DE GERMI
ANIMA

A TQUI et no
perimur,
descimus ferm
intolerandi su
portuniore*s* iu
nuncii sunt plu
atque apud ag
nempe et urba
rentes ex art
olim fracto os
dolor, et grati
et coaxantes i
ture corvi, et

Tria reliqua
sunt ut penit
quasi propositi
— I. Verumne
plantæ quam
taque tempora
videantur, tem
hactenus obser
servanda; eru
etiamsi ludere
nens, praeceptu
hominibus rebu
ne habebitur in
biles inimicitias
exterminio rest
tias, amicitias;
vera haec, — ex
tectaque, sartac
germinantis vita
talia sentiunt, e
odiis? — III.
erit inter anima
aliquid dilectio
tatim auxilient
dum admittunt
et repellant al
sensem aliquem
porrigantur et
tuna sibi quæda
refugiant, quo
ab aquis, quæ
rectene ferunt
gaudere iucund

(1) Thren., c. II.
(2) Cfr. num. sup.

In symbolo piscis
At qui piscis Christi
et granum! Unde
?... Eadem porro
ammate Abereius
dens, se in hostia,
veneratis Ecclesie
reipesse et mandu-
cmina, tantum quae
non sine gratia a

rum fulgente sigillo,
concordibus; intus
fidesque praebat.
arissima Virgo
fonte prehendit,
nups in omne,
n pane ministранs.

Eucharistia nomen
d Augustodunensis
nim pariter Eucha-
nuncupatur. Hac
a luculenter patet
rani et symbolum
su nomen et my-
enta, Christum in
s. I° Granum ab
in deducitur; Chri-
tine a caelo mittitur
redemptione, qua
ndum», « omnia,
erra sunt» Patri
aradisus autem in
vocatur horreum
superius indicavi-
regate in horreum
do illud Ieremiae

ad Coloss., c. I.

RA GERENS.
ebat, asellus,
coli.
, et aure
re bībit:
spectator asello -
ere datam.
recrimus istam;
thura decent.»
ignare senator:
ur honos.

T VITIS.
t in auras,
se plagis)
cercum,
a, dedit.
et acri
nes,
rat alman,
legus.
cumbit in ipso
, loco.
nea fata; sed aqua,
a time.»
ictu,
e canes.
morte sub ipsa,
irām.
s male grata,
ris hospiti.

lamentantis: « Matribus suis dixerunt (filii): ubi est triticum et vinum?, cum deficerent quasi vulnerati in plateis civitatis, cum exhalarent animas suas in sinu matrum suarum » (1), ad unguem refert conditionem populorum in Ecclesiis, quae nefario scelere, a Catholica et Apostolica Romana descisentes, Eucharistiae mysteria, dispensationem, veritatem et auxilia a misericordia sustulerunt. II° Humilis herbula granum initio est, ubi primum nempe germinaverit; nec ab herbulis aliis, quae passim nascuntur, longe distat: nec a farre, ab hordeo, ab avena, nisi scitus agricola sit, ferme distinguatur.

Habes itaque eximiam Christi nascentis et adolescentis imaginem....

SENIOR.

DE GERMINANTIBUS ET FLORIBUS ANIMADVERSIONES NOVAE (2).

A TQUI et nos, propiore tempestate, plura experimur, quibus inquieti, iracundi, excandescimus ferme gratuito, intolerabiles, et fortasse intolerandi sumus. Apud agricolas muscae importuniores iumentis, eulices mordaciores praenunciis sunt pluviarum, turbinum et procellarum; atque apud agricolas et non agricolas, rusticos nempe et urbanos, praenuntiant eadem recurrentes ex artrite olim suscepta dolores, aut ex olim fracto osse, quamvis restituto, et capitis dolor, et gratis cursitantes ludentesque feles, et coaxantes ranae, et in volatu ovantes gutture corvi, et plura huiusmodi idem monentia.

Tria reliqua capita enunciabo, quae talia sunt ut penitus iucundissima videantur, et quasi propositis interrogationibus respondebo: — I. Verumne est, et, si verum, qua de causa plantae quamplures certas habent periodos, certaque tempora quibus florent et gestire quasi videantur, tempora solemnis ritu et fide magna hactenus observata et in posterum pariter observanda; rerum quippe omnium auctor Deus, etiamsi luderet in orbe terrarum cuncta compunctiones, praecipuum tamen posuit, quod nemo ex hominibus rebusque praeteribit? — II. Verumne habebitur inter plantas exerceri indeprecabiles inimicitias, morte inimici tantummodo et exterminio restinguendas; exerceri benevolentias, amicitias; auxilia mutua rependi? Et, si vera haec, — experientia tamen iam inde rata, sartaque passim habentur, — quomodo germinantis vitae principia, animae, ut ita dicam, talia sentiunt, et sentitis obtemperant amoribus, odiis? — III. Numquid exploratum tutumque erit inter animantia quaedam et quasdam plantas aliquid dilectionis interferri, qua sibi quasi certatim auxiliuntur, aliquid inesse aversionis, quadum admittunt animalia quaedam, excludant et repellant alia; inesse insuper in iis quasi sensum aliquem, quo lucem diligent, et in hanc porrigitur e tenebris latibilis, quo opportuna sibi quaedam arbores quaerant, nocentia refugiant, quo in aquas, quae optant, ferantur, ab aquis, quae abhorrent, divertant? Denique recte ferunt alias delectari musica sonisque gaudere iucundiores factas, prodentes florum

suorum calicem et aperientes, alias moestam exoptare, alias funebrem musicam et plenam lacrimis, alias dissona quaque cantamina ita detestari et abominari, ut languescant initis, moriantur productis?

De iis quae primam quaestionem attinent non modo affirmamus, sed et lubet nomina rerum adducere, ut quisque ea, quae scribimus, suis possit oculis et consideratione probare. Enumero. Hedsarum strobiliferum haud aliter ac mimosa pudica noctu foliola erigunt, demittunt autem interdiu. Linum suos habet flores, qui mane primo patentes caerulea maris caeruleo imitantur; at ubi ventum sit ad meridiem, contrahunt calices, et quasi inter virides frondes semet abdere videntur, tragopodonis pratensis veluti exempla moremque sequens. Leontodon taraxicum, vulgo « dens leoninus », sexta ante meridiem hora patet; inter quintam horam et sextam a meridiem contrahit sinum, et quaeque abdit, prorsus aliud a mesembryanthemo noctifloro, cui ritus est a septima ad vespertinas horas divitias manifestare suas, septima vero crastina claudere; proximum vero huic mesembryanthemum rubrocinctum circa meridiem expanditur; duas vero tantum post horas folia concludit. Lasminum, quod nocturnum dicitur, adiectivum hoc sibi comparavit quia ad occasum solis flore gestit multicolore, multiplici; redeunte luce solis, penitus contrahit folia, et suos occultat colores. Quem latent campanulae omnem propemodum per colorum speciem migrantes ab albo ad violaceum fere atrum? Atqui et hae, umbris venientibus vespertinis, exsultant aperto calice; redeuntibus radiis, aperta concludunt. Sunt et flosculi pulcherrimi, campestres plerumque, quibus saxa, rudera, rupesque nihilominus iucundiora sunt, violacei colore, exigui calice, at copiosissimi floribus ita, ut vix foliolis videndis relinquant locum, et stromatis in morem demittant sese parietem velantes. Hos populorum pietas vulgo appellat *ventunore*, quia eadem, qua mortuus est Christus hora, concluduntur penitus, et delitescunt. Demique botanicis notum est Linnaeo placuisse quosdam flores ita disponere, singulos hora emicantes propria certaque, ut XXIV horae diei integri florulent vice designarentur: et in hoc ipso Commentario memoratum est (1) Vicovarii, florilegiu[m] viridarii in arce dynastis Bolognetti-Cencii fuisse, qui aulam, ubi a vesperi usque ad noctis fere dimidium conveniebant dynastae, dynastarum liberi, consanguinei, et spectabiliores oppidi, ita instrueret dispositis vasis circa parietem per mensas, ut noctis horae singulæ ab erumpentibus et reviviscentibus floribus enunciarentur.

Facta haec, explorata sartaque, neque tolerantia dubium. Quaenam ergo causa? Apud plures datur multum et adscribitur luci, soli, radiis, quae aut nonnulli flores amant, aut abhorrent; sed haec minime respondet facto causa: nam ecce iasmina illa noctu florentia, quia lucem horrent, et tamen in aulis florent perspicua luce perfusis? Alia igitur quaerenda ratio sufficiens et universalis est, qua recurrentes hi effectus probentur. Magnetismi terrestris fluminibus num adseribas? Adscribe, si tantus amor; at ignotum ignoto explicabis. Quapropter

rectius aperte fateberis haec esse in arcana naturae, quae hactenus nemo rescivit, potiusquam puerile aliquid proferas. Eadem causa est, qua gallicinium statutis habetur certisque horis nocturnis, neque tamen singulis gallis prorsus idem, sed ex hisce alius cuecurit undecima, ex. gr. ante dimidium noctis hora, alius ipsa nocte in media, alius ultra; atque ita certa cuecuriendi haec hora singulis est ad momentum, ut qui gallus horam canendi sibi elegerit, eam fideliter servet ad mortem. Hoc autem negotiis suis opportunissimum et idoneum rusticci habent, quorum sieui sit perpetua necessitas relinquendi lectulum, puta hora tertia, et gallum domi possideat quartu hora canentem, vicinum rogat de horologio illo vivo tertiam horam notante, et de commodando, sive de commutando postulat, et obtinet, tradens gallum suum vicini rebus et vigilis canendis fortasse magis idoneum.

Altera pars argumenti nostri quaerit utrum reapse inter germinantia sint odia, sint amicitiae, sint benevolentiae, sint simultates, et quomodo germinantes animae talia sentiant. Respondeo monens piae ceteris ne malo nominum usui assuecamus, ne abrupti significatione sonaque vocabuli ea tribuamus, quae nimia sunt, vel ea minuamus, quae ex integro debeantur. Hinc aliud est esse simplex, seu « existentia », quae in materia rudi habetur, qualia sunt saxa, metalla et huiusmodi; aliud est vitae principium, quo germinantia pollut, et crescunt; aliud est anima, qua animantia, pecudum omne genus spirant, moventur, agunt; aliud est spiritus, in homine constitutus unum quid corpori animando aptum. Hinc procul amoveantur, quae parum seite et proprie minus feruntur voces, quibus id anima germinans improprie dicitur, quod optimè principium germinans, vel germinantis vitæ principium diceretur. Notatis hisce, affirmamus esse inter plantas quosdam effectus, qui in animantibus, in hominibus amicitiae, benevolentiaeque iubentis animae trahentisque tribuuntur. Plura exempla afferre possumus; paucis contenti erimus, unde lector cognoseat ex ungue leonem. Sedulo in haec rusticai evant: nam si in campo fabis consito pernicias illa, — at quam pulchra florens! —, nascatur, quae « herba flammea » apud agricolas dicitur, apud eruditos *orobanche*, quot circum fabae sunt minni, decrescere, arescere, mox illa orobanche nefaria, foecunditate mirabili, radices, semina undique coniicere, cuncta occupare, urere omnia; et nisi colonus prompta et immisericordi manu labem pessimam evellerit, eradicator, et combusserit, in metendas fabas conclamatum est. Gramen, quis neget?, sata frumenta, etsi laeta, virentia, strangulat indeprecabiliter, ideoque adversus hoc agricolae bella aeterna gerunt, ferro et igne saevientes. Amiae vitibus ulmus, amygdalus, cerasus, quas vitis amplexa iucundissime extollitur, mirantibus illis per proprios crescerem ramos

novas frondes et non sua poma.

Cur non eadem dicemus de ilice, de cupressu, de quercu, de pinu, de nuee, quae postrema ita est inimica germinanti cuiilibet, ut omne ferme subnascens, aut in quod porrigitur eius umbra beneficia, inficiat gratum quamvis oleat, haud aliter atque upas omne, quod vivit, ha-

(1) *Thren.*, c. II.

(2) Cfr. num. sup.

(1) Confr. an. V, n. IV, in tertia operculi pagina scriptum.
d. V., cui titulus: *Nodus de horis monens*.

litu suo necat irrespirabili, pestifero? Matrona quaedam, amantissima florum cultrix, narrat de cyclamino quodam sylvestri, quod ipsa, magnum aliquid inde sperans, euris omnibus colebat; et quidem florebat optime, et vel praeter optimam pollicebatur. Simultatum inter plantas ignara domina pone vas posuit rubris garyophyllis halantissimis insigne. Cyclaminum infelix languescere caepit, infirmari, taedere. Suspiceans quid esset, hera garyophillum alio detulit, et quod nuper deperibat cyclaminum revirescere et convalescere coepit; brevi restituebatur in pristinum. Ita floribus, qui « crux iaponica » passim nuncupantur, fatalis est menthae proximitas; suffocantur vites veribus; campanulae, hederae quamquam proximae lignis pluribus, haec devitant ut potiantur remotiore, quod amant. Longum est singula recensere. Narrata sufficient. Quaenam ergo sunt haec? Nec amicitia, nec benevolentia. Effluxus odorum, aeris, et huiusmodi, qui in hac planta est, aliam pura respirare cupientem (germinantia quippe respirant), aere puro et libero privat: inde squalor, et mors; die idem si de radicibus agatur in solo circummissis, omnia invadentibus, et fortassis debiliores alterius plantae radices aut involventes et strangulantes, aut succo prohibentes. En igitur ad quae istae amicitiae et haec odia reducantur. Ceterum omne germinans, quod praevalere coepit, cetera opprimunt, quamquam sibi similia; pacifice vivunt plantae illae tantummodo, quae diversis omnino alimentis et solo et aere augentur, aluntur, ubi nutritionem suam, et incrementum anquirunt.

Superest, quae tertia petitio est. At circa hanc die esse inimicitias inter animalia et arbores, quae vel nituntur instinctu, qua pars fagum esculentam, robora, et ilices praeferat eupressis, pino, lauro; qua passeris libenter amygdalis nidos erendant, non dumis humilibus, ut luseiniola, non pinis; qua corvus querebus et pinis, non pyro, non malo. At in iis non arbores fugant animal, sed animal sponte sua ab arbore refugit; deque hoc satis. Quibusdam plantis gratior aqua; quid mirum si seminibus, si radiebus, principio vitae ad iuvantia properanti, quaerant, ut vivant? Eadem de causa lucem quaerunt, sine qua morerentur; nam lux necessaria infert frondibus et ramulis, ut viridescent: hinc in lucem producentur, quia lux frondibus et ramulis ea suppeditat, quae incremento necessaria sunt; ceteris non ita crescentibus, quia re non auctis.

De musica denique pauca attingam. Vir, Neo-Eboraci inter musicae magistros peritissimus, Kans Teitgen, narrat quae prae manibus quotidie habet; scilicet mimosam, sensitivam, suaviter consonante Belliniana musica, frondes aperi et delectationem ostendere; mox ubi dissona insonuerint, vel nimio strepitum, quasi horreaseret, folia claudere. Quae quidem enarrans botanicae cultor eximius, Grant Allen, anglus, (enius opus ex parte Paulus Lombroso italicice interpretatus est), eo devenit, ut assereret inesse germinantibus animam. At num uterque animadvertisit ex sono fieri vibrationes in aere, quae in lamina vibrante, constrata levissimo pulvere, figurae carent? Ergo ex vibratione plus minusve aeri, seu suaviter superficiem vellet, seu violenter percutiat, hi carent effectus. Quod ita

probatum est, ut, si quis manuballista tonuerit iuxta sensitivam, flos contrahatur tremiscent; si haec eadem planta sub vitrea campana ponatur, iuxtaque admittatur elorophormio spongia imbuta, sensitiva contrahit sensim folia, flores, dimittitque capita quasi dormiat. Quorsum haec? Inquinato ex aere, et puris elementis, quibus viveret, deficientibus in hoc; in illo ex aere violenter commoto, et delicatissimam foliorum florumque faciem vexante.

Haec festinante calamo de principiis germinantibus scripsimus, ut cuique sit notum quantum distet ab anima principium vitae, nec misceat aera lupinis. Cetera lectoribus deducenda relinquimus.

M. LANI.

ANNALES

Londinensis sollemnia — Russorum Gallo-rumque perturbationes — Sinarum res.

LONDINENSIA sollemnia ob Eduardi regis coronationem, quamquam remissiore apparatu celebrata propter valetudinem ipsius regis — qui tamen optime sanatus apparuit —, nihil minus magnifica satis evasere, maxime ob animorum populi inflammationem, quae sua sponte, libero studio atque benevolentia excitata, haud dubie acceptissimum gaudii signum et documentum civitatis rectoribus fit. Atqui haec ad amissim nota fuit praecepua Londinensium festorum dierum, sive ipsum coronationis ritum respicias, sive rei publicae coloniarumque exercitus et classis recensionem.

Nondum autem hi plausus remiserant, cum novi ab Anglis ingeminantur Botha, De Wet, Delareyque imperatorum in honorem, qui hostes primum acerrimi in ultima Africa, nunc anglico imperio subiecti cives, in Europam cum venissent, prius quam Krüger, quondam praesidem suum, inviserent, anglico regi obsequii testimonium obtulere. In qua quidem singulari acceptione Angli liberaliter comiterque sese profecto gesserunt, unde sperandum ut a Boeris imperatoribus instituti itineris consilium, auxilia cogendi ad civium suorum opes sublevandas, a novis fratribus hand inane relinquatur.

*

Dum Russici hinc, inde Germanici commentarii non tam de Victorii Emanuelis, Italorum regis, in has civitates itinere, quam de colloquio Nicolai et Vilhelmi, ad Reval, disputant, Russorum populus, is praesertim qui inferiorem imperii partem incolit, rerum evertendarum euviditatem in dies aperit. Ruthenorum Galiciensis agitatio apud Podoliae, Voliniae atque Ucrainiae Ruthenos late resonuit, ita ut qui rem publicam illie moderantur civiles perturbaciones timeant. Iamque Muscae in urbe, cum pompa dueitur, clamores ac tumultus ita ab operariis tolluntur, ut equitatus aecurrat opus sit factiosusque manu militari disperdat; iamque Kar-kow provinciae gubernator manuballistula proditorie petitur; quin etiam dietitant ipsi Caesari a rebellium coetu mortis minas iterum esse iactatas.

Russiae foedere sociata Gallia et ipsa seditionibus his diebus obnoxia fuit, in Britannia praecepue, ubi acriter restitutum est in protervum illud atque audax summi administris decretum, quo virgines cultui divino et puerorum institutioni saeratae e suis aedibus pellebantur. In libertatem violatam alte conclamatum est, inita cum praefectis certamina, sanguis effusus; sed tamen hodieque potentiae cessit ius.

*

Postquam Tien-tsin, Sinarum urbis, integro fere anno Europaei legati, anglicis, gallicis, germanicis, italis, russisque copiis adiuvantibus, eurationem habuerunt, superioribus idibus Agustis, prouti fuerat constitutum, eamdem Sinensibus magistris restituere. Manet tunc inibi coetus e variis Europeorum gentibus constans, qui opera euret ad Pei-ho flumen faciliori navigationi reddendum. Gallia interea fines suos ad Macao profert soluto pretio, dum, occidentali cultui et humanitati incunde irridentes, *boxers* in Ho-nan provincia depopulationes novas novasque caedes instaurant.

Heu quot nostrorum iuvenum capita cladi temere obiecta!

PROPOLICOLA.

AENIGMATA

I.

(Vulgo *Rebus*).

O SAPIENS D DIVES C tus.
P O

II.

Macte animo! mercatori *pars* competit una
Qui larga repetit limen onustus ope.
Altera pars, quidquid sit, longe nolo requiras:
Hac trepidante vales, deficiente peris.
Tertia iam demum, ut veteres retulere poetae,
Mercurique fuit, Pirithoique parens.
Quae tria si iungas simul, humanissime lector,
Proh dolor! en matrem seditionis habes.

FR. LITTNER.

Ex sociis, qui utriusque aenigmatis interpretationem ad commentarii moderatorem miserit intra duos menses, unus, sortitus, gratis accipiet PETRI ANGELINI opus, cui titulus:

DE POETIS ET NUMERIS LATINIS.

Aenigmata an. V. n. XIII proposita his respondent:

1) Cos, Me, Comes; - 2) Sena-tus.

Ea rite soluta miserunt:

V. Hertel, *Mendhusio*. — Ant. Lassota, *Sutrio*. — St. Fi-gielski, *Rippino*. — Guil. Schenz, *Ratisbona*. — Fr. Sallarés Sch. Piari, *Sabadello*. — Ver. Cariolato, *Vicentia*. — Nic. Dieederichs, *Secovio*. — E. Burg, *Argentorato*. — Lud. de Rubeis, *Iuria*. — Petr. Garrone, *Pezzana ad Vercellas*. — Vine. Starace, *Neapoli*. — Ios. Walter, *Neo Eboraco*. — F. Arnori, *Mediolano*. — Tr. Grottanelli, *Aquis Taurinis*. — Collegium Scholarum Piarum *Stellae*. — Alois. Cappelli, *Senis*. — Sortitus est praemium

VERITAS CARIOLATO,
ad quem missum est PETRI ANGELINI opus, cui titulus:

LOLLIUS
SIVE
DE PROVECTA LATINITATE.

Sponsor: IOANNES BAPTISTA CIAMPI, iurisperitus.

ROMAE — Ex officina *Paolis* Phil. Cuggiani.

P
affer
veni
sui v
fecto
calor
infel
com
Gr
sole
fonsu
quar
dime
quinc
herci
quid
Neoe
partic

Giapponi Franciscus et Soc.

OFFICINA
ANAGLYPTIS, GEMMIS CONCHISQUE CAELANDIS
PRAESERTIM IN REDDENDIS FIGURIS
PHOTOGRAPHICE EXPRESSIS
TEMPERANTIA IN PRETIO — DILIGENTIA IN OPERE
ROMAE — VIA SISTINA, 129 — ROMAE

LIBER (vulgo "ALBUM")

praecipua Urbis referens, pulchritudine insignis atque, commentarii *Vox Urbis* moderatore iubente, expresse conflatus, apud eumdem commentarii administratorem, ROMAE, VIA ALESSANDRINA, 87, ven. lib. 1.50.

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

ROMAE — Via Alessandrina, 87

**PROSPECTUS NOVÆ SUBNOTATIONIS
A KAL. IULII USQUE AD EXPLETUM ANNUM MCMII.**

(*Vid. in secunda operculi pagina.*)

FIGURÆ URBIS ROMÆ

ARTE PHOTOGRAPHICA EXPRESSÆ

COLLECTIONES VARIAE ET NUMERO ET PRETIO
Veneunt apud comm. VOX URBIS Administratorem.

Sociis qui in Nordica America versantur vehementer commendamus quod a Sodalibus Carmelitis novissime institutum est ac regitur

COLLEGIUM SANCTI CYRILLI

ad liberalem eamdemque Christianam et nostræ aetati aptam institutionem iuvenibus comparandam.

Prospectus studiorum et regularum, quae collegium moderantur, petatur ab ipsius Collegii Presidente, 6413 Star Avenue (Woodlawn) — Chicago, Illinois.

URBIS E IANICULO MONTE PROSPECTUS

(m. 1.10 X 0.24)

qui sociis commentarii VOX URBIS dono datus est,
venit singillatim L. 2.50
apud comm. VOX URBIS Administratorem.

SI QUIS PLURA REQUISIVERIT HUIUS PROSPECTUS EXEMPLARIA
EA MINORI ACCIPIET PRETIO.

LE LAUDI LATINE

E

IL CANTICO DEL SOLE

DI

S. FRANCESCO D'ASSISI

S. Maria degli Angeli, presso Assisi, tip. della Porziuncula, 1897

Hoc libello praeter venustam praefatiunculam a Paullo Sabatier, viro rei longe peritissimo, conscriptam, continentur *laudes latinae* cum interpretatione italica, *Canticum Solis*, necnon illa *Speculi perfectionis* capita, quae *Cantici* originem exponunt, aliaque permulta. Libellum, quem proxime alii subsequentur ad parvam *Bibliothecam Franciscanam* comparandam, Iulius Salvadori, litteris tradendis doctor egregius, maxima editid cura, Romæ apud commentarii *Vox Urbis* Administratorem venit L. 0.50, in pauperum levamen.

PHILIPPUS VITI Eques

MARMORARIUS

ROMAE - Via Alessandrina N. 51, 52 - ROMAE

Affabre sculptit quae sunt ad simulacra, altaria, sacella, aediculas, uti patet ex operibus erectis aut refectis in Basilica Lateranensi, Liberiana, Laurentiana extra muros, Transtiberina, Eudoxiana, etc.